 deixou ao A. originario por morte do  
 dito seu marido, e se mostrar que o  
 R. Luiz Correa, por sua morte se  
 meteo de posse de todas as ditas ca-  
 3 sas; o condemnno que pague aos AA.  
 o que se liquidar, val, o dito quinhão;  
 e do mais pedido pelos AA. absolvo  
 os RR. e paguem os AA. as quatro  
 partes das custas, eos RR. huma. Lis-  
 boa 30. de Janeiro de 678.

Antonio Freire da Fonseca.

A qua sententia fuit gravamen in-  
 terpositum ad supplicationis Sena-  
 tum, ubi fuit confirmata, & funda-  
 ta in deliberationibus seqq.

De duobus in hac instantia agitur  
 tantum, de bonis nempe Franciscæ  
 Cales relictis in testamento cum one-  
 re missarum fol. 33. & de una; &  
 2 de altera emphiteusi, de quibus in  
 secundo & septimo libelli articulis;  
 quod attinet ad primum illa verba  
 testatricis fol. 33. onus tantum mis-  
 sarum perpetuo imponunt, ut ver-  
 ba ostendunt, ibi: *E deixo mais to-  
 da a minha fazenda a meu irmão  
 Fernão Pires de Calis, o qual na fa-  
 zenda, nas propriedades de raiz que  
 horalhe ficarem, ficaraõ com trinta  
 missas de obrigação, em cada hum anno  
 &c. e isto em quanto o mundo durar.*  
 His verbis incepit testatrix dispone-  
 re de his bonis, & onus missarum  
 impositum bonis, ut perpetuo de il-  
 lorum redditibus missæ celebrentur;  
 non inducunt maioratum nec fidei-  
 comissum perpetuum, ut passim ju-  
 dicatur, quanvis olim aliter judi-  
 icaretur ut dicit Valasc. conf. 82. n.

Pars IV.

8. sentiunt que Flor. var. q. 17. n. 26.  
 Gam. dec. 30. n. 1. & decis. 286. n.  
 1. Lara de Capellan. cap. 4. n. 43.  
 Pheb. 2. p. dec. 220. n. 9. Castil. con-  
 tr. lib. 5. cap. 93. §. 11. á n. 3.

Quando vero cum onere missa-  
 rum adjecta est alienationis prohi-  
 bitio ut in præsentis ibi: que senão  
 trocarão nem venderão, quaestio-  
 nis est, in qua vera, & amplectenda re-  
 solutio distinguit inter prohibitio-  
 20 nem alienationis favore familiae, &  
 inter eam, qua simpliciter facta est  
 nulla causa, & ratione expressa, ita  
 ut quando fit familiae favore indu-  
 catur maioratus, ita Valasc. conf. 82.  
 n. 7. cum aliis Lara dict. cap. 4. n.  
 43. in fin. Cabed. 1. p. 96. n. 1. Reinos.  
 obs. 68. num. 8. & aliis abei; at vero  
 21 quando simpliciter, & nulla expres-  
 sa causa, ut in præsentis, tunc aliter  
 dicendum affirmat Reinos. dict. obs.  
 68. n. 33. Castilb. contr. lib. 5. cap.  
 39. §. 11. n. 16. Brito de locato in  
 cap. potuit. §. 3. num. 25. in fin. cum  
 multis Peg. forens. cap. 4. n. 226.

Ratio differentiae nota est, quia  
 22 in primo casu, eo ipso quod familiae  
 favore fit alienationis prohibitio;  
 per necessarium antecedens voluit  
 testator bona conservari in familia,  
 & perpetuum fideicomissum indu-  
 cere; Reinos. supra n. 30. Molin. de  
 Just. disp. 590. vers. Secunda est.  
 Molin. de 1. gen. 1. cap. 5. an. 7. us-  
 que ad n. 16. Castilb. dict. cap. 93. §.  
 5. 6.

In secundo vero casu cum aliena-  
 23 tionis prohibitio simpliciter facta  
 est, & absque causa nudum manet  
 præceptum de Filius fam. 117. §.  
 divi ff. leg. 1. L. pater filium ff. leg.  
 3. cum aliis Reinos. supra n. 33.

Ex his teneo in præsentis maiora-  
 tum, ut perpetuum fidei comissum  
 non esse institutum, cum nulla con-  
 jectura ad id inveniatur in testatri-  
 cis dispositione ex qua colligatur



ex his quæ *Peg. & ab eo adducti dicto cap. 4. n. 226.*

Quod attinet ad secundum duæ emphyteuses petuntur, 1. cujus dominus directus est confraternitas Divæ Mariæ concordia de qua in instrumento app. A. Secunda cujus directus dominus est monasterium Sanctæ Claræ de qua in app. B.

Fatentur AA. generationes esse finitas in una, & altera emphyteusi per obitum ultimi emphyteute utriusque, quo casu competit jus renovationis petendæ proximiori consanguineo cum deficient filii, nec legatum, aut donatum jus petendæ revocationis dicatur, & A. non probat unam aut alteram, emphyteusim ad eum pertinere, vel jus petendæ renovationis, quoniam licet generice, & indistinctè dicant aliqui testes, emphyteuses fuisse possessas a maioribus suis, etiam testibus probatur, matrem R. possessoris esse consanguineam A. originarii, & quis eorum sit in gradu proximiori non distinguitur per testes, ideo R. melioris conditionis est, possidet enim, & cum renovatione à directis dominis, quare absolvendum cum sapientissimo Præside Curiali existimo. Ulyssipone 22. Octobris 1678. Vanuessem.

24 Simplex onus missarum bonis adjectum, fideicomissum seu maiora- tum non inducere, jam dudum receptior est sententia; &c. alienationis prohibitionem ex nudo testatoris percepto provinientem, nullius esse momenti, cum causa aliqua non exprimitur, aperte jura statuunt, prout egregie discertissimus collega ostendit; indeque recte infert per- perversa a testatrice, Francisca fol. 33. vers. prolata maiora- tum bonaque in alienabilia reddita non fuisse; cui quidem fundamento ego aliud, quoadme, non infirmius

adjicio; etenim verba testatrix se- dula meditatione considerando il- lud mihi videtur indubium, quod nempe electionem heredi libere con- cessit, ut indicant verba. *Este nomeará esta capella que desta obrigação, que assim ordeno na pessoa que quizer, e lhe bem parecer.* Quæ sane verba om- nimodo eligendi, ac nominandi facul- tatem ac libertatem denotant, ea per- cipue quoniam in antecedentibus at- que subsequentibus aut in ulla testa- menti parte, conjectura quavis non reperitur, ex qua colligere liceat, tes- tatricem consanguineis, familiarique, & cognationi suæ prospicere potuisse, quibus interminis, tam primo heredi, quam & omnibus sequentibus suc- cessoribus licuit extraneas personas eligere ac nominare. *Mier. de maio- rat. p. 1. q. 72. n. 17. Phæb. qui in fortiori casu judicatum refert. decis. 86. n. 3. & 4. & p. r. tot. Cald. de nomi- nat. q. 7. n. 44. novissimus Mal- donad. in addit. & observat. ad Mo- lin. de 1. gen. lib. 2. cap. 5. alias 15. ad n. 4. & 5. ubi etiam judicatum testatur.*

25 Cum ergo, & primo heredi insti- tuto, & sequentibus licuisset extra- neas personas eligere ac nominare, imo tametsi expresse non eligissent, ac nominassent, tacite tamen quos heredes instituere nominasse cen- sentur, argumento *Ord. lib. 4. tit. 36. in prio L. unum ex familia 69. §. si duos ff. delegat. 2. ubi Bart. & communiter omnes Cald. de nominat. q. 7. n. 1. & 2. & 15. Hermosil. in L. 7. tit. 4. p. 5. glos. 5. n. 1. Tondet. resolut. civil. cap. 5. num. 19. & 20. Joan. Francisc. Andreol. contr. 343. n. 9. Imerito sane AA. sola consan- guinitate confisi, nullam habentes expressam, vel tacitam electionem, seu nominationem, res de quibus agitur à R. vindicare desiderant, qui quo ad eos liberas ædes habet.*

Paris. Quid



Quidquid ergo de veritate quaestio-  
nis an bona illa in alienabilia facta  
sint, illud tamen certum est quod  
AA. actio ad ea vendicanda nullo ju-  
re competit.

26 Neque obstat sententia fol. 165.  
quæ in iudicatum transiit, suam  
subtilem inductionem à vigilantis-  
simo patrono expositam fol. 262.  
Respondeo enim nihil præter pres-  
criptionis exceptionem ibi decisum  
fuisse, quinimo licet, eo usque eam  
extendere velimus, ut bona vincu-  
lo maioratus subjecta fuisse iudica-  
verit, non tamen iudicavit, neque  
iudicare, potuisset an soli consan-  
guinei, vel etiam estranei nominan-  
di essent, quod nos modo iudica-  
mus, qui de meritis totius negotij  
definitive cognoscimus. Unde intre-  
pide in hoc sententia confirmanda  
venit.

Similiter etiam eandem sententiam  
quoad emphiteuses confirmo, nul-  
lum enim juris argumentum Actori-  
bus suffragatur, quo eas à Reo pos-  
sessore, renovationibusque legiti-  
mis munito, vendicare valeat. Uly-  
sione 1. Decembris, 1678.

Lopes Oliveira.

§. XLI.

De maioratus institutione facta  
in testamento, contra quod  
opponerentur falsitates, &  
nullitates, & filiorum muta-  
tio, & vocationum alteratio,  
& de ejus validitate & fal-  
satis exclusione.

SUMMARIUM.

- Præsumptio cedit veritati. n. 2.*  
*Testamentum firmum manet, quando  
testator disponit idem, quod  
antea declaravit. n. 3.*  
*In dubio pro testamento iudicandum  
est n. 4.*  
*Variæ contra testamentum, falsita-  
tes insurgunt. n. 5 & quæ sint.  
vide ibidem.*  
*Præsumptio falsitatis, pro probatione  
habetur. n. 6.*  
*Indubio potius debet fieri interpetra-  
tio falsitatis exclusiva. 7.*  
*Præsumptio falsitatis semper contra  
illum inducitur qui utilitatem,  
ex instrumento recepit. n. 8.*  
*Attamen hoc præcipue locum sibi ven-  
dicat quando constat utilitatem  
ex instrumento recipientem il-  
lud in potestate sua habere. n.  
9.*  
*Dispositio perfecta, vitiari non de-  
bet. n. 10.*  
*Instrumentum de falso suspectum fi-  
dem non facit. n. 11.*  
*Hoc tamen falit, quando ipse veri-  
tas aliunde comprobatur. ibid.*  
*Præsumptiones, præsumptionibus re-  
moventur. n. 12.*  
*Præsumptiones exclusiva quæ sint.  
n. 13.*  
*Præsumptio cedit, quando nulla est  
ratio ut falsitas comittatur. n.  
14.*  
*Falsitas diluitur, quoties contra fal-  
sitate adest in contrarium tes-  
tium multitudo. n. 15.*  
*Heres institutus magis dilectus n.  
16.*  
*Permissiones testatoris, nudæ effectum  
non producunt. n. 17.*  
*Nullum est testamentum, ex eo quia  
voluntas mutata videtur. num.  
18.*  
*Quando testator aperuit, & postea  
sigillatum invenitur testamen-  
tum*



tum vel ipse testatur si apertum servavit, vel alteri servandum tradit tunc valet testamentum, & voluntas mutata non censetur. n. 19.

De substantia testamenti non est, quod sit sutum vel clausum, hoc enim solum facit ut testes nesciant in testamento contenta. n. 20.

Verba Ord. lib. 4. tit. 80. §. 1. será cerrado non inducunt necessitatem. n. 21.

Si ab alio apertum sit testamentum, quanvis preter voluntatem testatoris, si non probentur mutata contenta in testamento non ideo dicitur nullum testamentum. n. 22.

Nullus melior testis Sacerdote, dictumque illius vim duorum obtinet. n. 24.

Pro validitate testamenti, facienda est omnis possibilis interpretatio. n. 25.

Ad detegendam facilitatem, quaedam civilis revelatio requiritur. num. 26.

Testis jurans diversimode a primo juramento non creditur. n. 27.

Exceptio firmat regulam in contrarium. n. 28.

Semper veritati consulendum est, ut ultime dispositiones tutæ sint. n. 29.

**D**E hac materia diximus supra cap. & vide sent. seq.

No Feito de Sebastião Muniz de Araujo com Estevo Costa Paez Escrivaõ Manoel Gomes Machado, se deu a sentença seguinte.

Julgo os artigos justificativos recebidos por provados vistos os autos, e como delles se prove instituir Antonia Gomes em o testamento com que faleceo a sua neta Guimar Maria Paes filha do Embargante Estevo

Costa Paes por herdaira em a sua terça, achando se esta instituição assistida com todas as solemnidades de direito que fazem valiosa aquella disposição, depondo uniformemente as testemunhas da inquirição do Embargante, não somente de ser aquelle o proprio testamento, que a d. funta ordenou, mas ainda a mesma disposição curando da vontade antecedente da defuncta em melhorar em a terça a dita sua neta, donde manifestamente se illide, e desvanecem as presumpções de falsidade, e vicios apparentes que por parte do Embargado se allegaõ para constituir defectuosa aquella disposição no repetido do cozido, o lacrado, diversidade de marcas de papel, formada, e escrita da folha do meyo, e conforme direito cessão as presunções à vista da legalidade da prova do Embargante por tanto julgo por valido o testamento, e condemno ao Embargado em as custas dos autos. Lisboa 10. de Mayo de 686.

Antonio Luiz Peleja.

Aqua sententia fuit appellatum ad supplicationis senatum ubi fuit confirmata & fundata in deliberationibus seqq.

Adversus testamentum appositum variae in surgunt conjecturae, ex quibus Reus probare intendit testamentum post clausum apertum fuisse, & falsificatum, quia duplici foramine, & duplici linea iterum clausum fuit, & duplici guttula purpurici signatorij ut melius explicatur in examine fol. 26. quae conjecturae mihi redioulæ sunt, quia in testamento non reperitur aliquid denovo scriptum, nec diversa litera, nec diversum instrumentum ut in ultimo examine explicatur, & quanvis dicatur folia papii diversa esse, hæc conjectura destruitur ex depositione testium a fol. 133. qui testa-



testamentum scripsit, ubi deponit in domo sua proprium portavisse ad testamentum scribendum & in domo testatrix alterum in venisse & in utraque scripsisse testamentum idem deponit testis a fol. 133. tabilio, qui testamentum aprobavit ex quibus testibus corrahit conjectura diversitatis papiri, qua deficiente nihil ad id. prodesse possunt conjecturae & praecipue cum nihil intestamento noviter inveniatur scriptum, quod probatur ex testibus a fol. 131. qui testamentum scripsit et fol. 141. qui est testatrix confessor, qui deponunt testamentum esse in forma, qua testatrix illud dictavit, si ergo testamentum apparet in illa forma, qua testatrix illud disposuit, quid amplius desiderari potest, habemus testamentum solemniter factum, et in sua forma extrinseca verum, et approbatum, quare in levi, seu falaci conjectura annullandum est adversus regulam juris, quae docet praesumptionem cedere veritati.

Et maxime, quando testamentum non solum in forma extrinseca, sed etiam in forma intrinseca, quia id, quod testatrix disposuit semper declaravit ut probatum ex inquisitione R. et praecipue in dicto teste ejus confessore, tunc enim manet testamentum firmum, quando testator disponit, idem quod antea declaravit, est *text. expressus in L. Pamphilo 39. §. propositum ff. de legat. 3. tenet Cald. cons. 24. n. 10. cum seqq. & denominat. q. 1. n. 9. cum seqq. Civiac. tom. 3. contr. 549. & 407.* quomodo ergo ad conjecturas attendi possumus adversus testamentum verum, justum, & solemniter factum, si in dubio semper pro testamento judicandum est: Verum est dicere ambitionem R. huic

corporeo processui occasionem dedit, si nec certitudines, ac documenta, in contrarium adducta aliquid probant, teneat igitur testamentum, et Judicis sententia. Ulyssipone 3. Augusti 1687.

Motta.

Judicium interponere in praesumptionum materia per quam difficile est, percipue quando veritati aperte prout in praesentiarum praesumptionis contradicunt, ubi arbitrium citra dubietatis fomentum declarari nequit, sed quia munus me cogit ad illud praeserendum, ea brevitate, qua potuerim difficultates praestringam.

Variae contra testamentum falsitatis praesumptiones insurgunt. Prima enim et magis dubia, quod testamenti folia varie apparent confuta, nam alia duplici foramine, alia vero simplici, ex quo deducitur, quod illud, quod simpliciter est confutum fuit post testamentum clausum aditum, secunda conjectura est, quod testamentum duplici guttula purpurici signatorij apparet signatum, cum tamen regulariter intestamenti talis repetitio non inveniatur. Tertia conjectura est, quod testamentum in diversis papiri filiis scriptum reperiatur, ex quo fraus facillime deduci potest. Quarta conjectura resultat ex diversitate scripturae testamenti. Quinta & ultima conjectura extali, vel quali atramenti dissimilitudine.

Haec sunt falsitatis praesumptiones, quae adversus testamentum opponuntur, & quanvis certissimum sit in jure, quod sola falsitatis praesumptio pro probatione habetur, ut notant communiter DD. ad *text. in L. jubemus Cod. de probat. & ibi. August. Barbof. Gratian. forens. cap. 752. n. 5. Menoch. de praes. lib. 1. q. 99. Marin. lib. 2. resolut. jur. cap.*



78. n. 1. attemen in præsentiariū non obstantibus præsumptionibus testamentum validum dicerem, tum ex doctissime enucleatis a præcedenti amantissimo Domino, tum etiam ex eo quia præsumptio resultans ex diversitate atramenti, omnino cessat viso examine a fol. ex quo constat in atramento dissimilitudinem non dari, sicut etiam non viget præsumptio diversitatis scripturæ, siquidem ex dispositione testium appellati concludenter demonstratur testamentum scribentem, in scriptura communiter non certiorari, ex qua etiam penitus evanescit dicta falsitatis præsumptio. Neque papiri diversitas falsitatem inducit, siquidem ex quatuor testibus fol. 132. cum seqq. deducitur papirum diversum & varium scribenti traditum fuisse, & facillime in eo diversitas dari poterat, præcipue visa ipsiusmet scribentis depositione ex fol. & indubio potius debet fieri interpretatio falsitatis exclusiva, ut tenet *Surd. conf. 173. n. 53. Nigr. Ciriac. Contr. 633. n. 22. & 23.* Neque etiam aliquid evincit, quod testamentum appareat duplici guttula signatum, quia ultra quam quod de perse prædicta præsumptio parvi ponderis sit nihilominus tamen omnino diluitur ex dispositione scribentis, qui demore ut deponit, ita testamenta claudere solet Tandem non obstat, ultima falsitatis præsumptio resultans ex duplici foramine, siquidem cum constet diversas fuisse aciculas, facillime contingere poterat, quod antequam testamentum clauderetur papirus pungeretur, præcipue cum non constet à quo foramina fuissent facta, quod siquidem sufficiens est, ut præsumptio evanescat.

Ultraquam quod visis actis sedulo que examinatis nulibi existi-

mo falsitatem, si quæ fuit in actis commissa ab appellato fuisse perpetrata, quia quanvis verum sit quod præsumptio falsitatis semper contra illum inducitur, qui utilitatem ex instrumento recepit ut tenet *Gadto de credic. cap. 2. n. 356. Larrea allegat. 96. n. 25. & decis. 56. n. 7.* attemen hoc præcipue locum sibi vindicat, quando constat utilitatem ex instrumento recipientem illud in potestate sua habuisse ut tenet *Menoch. conf. 1151. n. 12. Surd. conf. 512. n. 5. Larrea decis. 56. n. 7.* Unde cum acta nos non doceant testamentum appellato traditum fuisse, & quod magis est quod nulla familiaritas nec cognitio inter appellatum, & testamentum scribentem, aut testatricis confessorem erat, quomodo ergo falsitatem per eum commissam esse dicere debemus.

7 8 9  
Eo vel maxime quia ex depositione testium appellati non solum constat de voluntate testatricis in testamento circa tertiam, sed etiam de declaratione antecedenti, & subsequenti ipsiusmet testatricis post testamentum usque ad mortis articulum, & si appellatus per se institutionem habebat adqueid falsitum circa institutionem committere debebat.

Ultraquam quod in folio quod dicitur adjecto, non solum continetur institutio, sed etiam continetur legatum testamenti depositario relictum, ut legenti apparebit, & cum hoc ita sit potius præsumi debet, quod si quæ falsitas fuit commissa, quod ab ipso depositario interesse recipienti non vero ab appellato fuit perpetrata, quia iste talis per se voluntatem justificatam obrinet, ut supra demonstravimus, ille vero solummodo dispositionem testamentariam, ut legenti palam fit,



fit, ac ita cum clare de diſpoſitione tertiæ conſtet ex defectu in aliis ſuperviventi diſpoſitio perfecta vi-  
 10 tiari non debet, ut tenet, *Cyriac. contr. 408. n. 46. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 21. ſub. n. 8. verſ. & idem eſt Mascard. de probat. concl. 742. n. 16.*

Et quanvis dicta ſufficerent ad teſtamenti comprobatione, attamen in re tanti ponderis omnia cummul-  
 11 lare permiſſum eſt. Nam licet regulariter inſtrumentum de falſo ſuſpectum fidem non faciat, hoc tamen falit, quando ipſius veritas aliunde comprobatur, *ex text. in L. jubemus cod. de probat. ubi communiter DD. Surd. conſ. 6. n. 17. & conſ. 535. n. 1. Gratian. de iſcept. Forenſ. cap. 877. n. 27. Cyric. contr. 410. n. 91.* Unde quanvis in præſentiarum teſtamentum de falſo ſuſpectum appareat, cum tamen de ipſius veritate ex deſiptione teſtium conſtet, merito fides ei adhiberi debet juxta ſupra tradita.

Deinde comprobatur ex eo, quod  
 12 notiffimum eſt injure, quod præſumptiones præſumptionibus removementur juxta, *text. in L. Divus ff. de reſt. in tegr. L. non ſolum ff. de ritu nuptiar. Giurb. de feud. §. 1. gloſa 82. n. 37.* Plane in præſentiarum ultra veritatem compertam dantur præſumptiones falſitatis excluſivæ, ut ſtatim apparebit; ergo nullatenus falſitas commiſſa dici debet.

Quod autem dentur præſumptiones falſitatis excluſivæ patet, nam  
 13 prima, & principalis cauſa quæ a DD. traditur ad falſitatis excluſionem ita eſt, quæ deducitur ab integritate; & probitate vitæ illius qui inſtrumentum conſcripſit, ut tenet, *Menoch. cum pluribus quos fert. de præſump. lib. 5. præſumpt. 20. n. 44.* plane famæ integritas teſtamentum ſcribentis loculenter ex-

Pars IV.

actis demonſtratur ut ex inſiptione appellati conſtat ergo nullatenus falſitas præſumi debet.

Secundo ex eo quia falſi ſuſpi-  
 14 tio enervatur, quando nulla eſt ratio ſeu cauſa ut falſitas comittatur, ita *Menoch. ubi ſupra n. 47.* Sed fic eſt quando in præſentiarum nulla adfuit cauſa ad falſitatem. Probo hoc nam ut ſupra demonſtravimus appellatus per ſe inſiptionem habebat; non ſolum ex teſtamento, ſed etiam poſt teſtamentum ex declaratione ipſiusmet teſtatricis, ergo nullatenus falſitas commiſſa dici debet cum cauſa ad falſitatem deficiat.

Tertio ex eo quia falſitas diluitur  
 15 quoties contra falſitatem adefit in contrarium teſtium multitudo, ut tenet idem *Menoch. ubi ſupra n. 55.* Sed fic eſt quod in cauſa præſenti invenitur multitudo teſtium deponentium de inſiptione ergo nullatenus circa inſiptionem falſitatis præſumptio præſumi debet.

Quarto ex eo quia quævis in præſentiarum falſitas probaretur in dubio judicari non debebat ab appellato fuiſſe conceſſam, ſed potius ab ipſo notario, ut tenet idem *Menoch. n. 58.* ac ita cum appellatus à falſitate immunis eſſet, falſitas ei obefſe non poterit.

Tandem facit in confirmationem  
 16 teſtamenti, quod injure certiffimum eſt, quod hæres inſtitutus teſtatori magis dilectus cenſetur, ut notant DD. ad *text. in L. cum filio familias ff. de légat. 1. Gam. decif. 135 n. 4.* ergo cum exactis conſtet nepotem inſtitutam in amore teſtatricis aliis excedere ratione educationis, neceſſario dici debet eam fuiſſe inſtitutam.

Quin aliquid obſtent permiſſio-  
 17 nes ipſiusmet teſtatricis factæ in favorem appellantis, quia tales permiſſiones tanquam nudæ effectum



non producant *ex text. in L. jur. gent. 7. §. igitur nuda ff. de pact. cum vulgarib.* Sileat igitur appellans confirmato doctissime iudicato. Ulyssipone 20. Septembris 1687.

Mouzinho.

Latissimo calamo materia præsens disceptatur per eximios advocatos, & per sapientissimos patres nil dicendum superest, sed unicam fortissimam in confirmationem iudicatis afferam rationem.

Tota difficultas, & principalis ratio nullitatis consistit in eo quod post confectum apertum fuit testamentum, hoc probari videtur ex diversitate foraminū. Suppono hoc dilucide probari, & probatum habeo, quid deinde; erit ne nullum testamentum eo quia apertum? Minime.

Vel apertum fuit per testatricem & eius mandato, vel per alium sine voluntate testatricis.

Si per testatorem apertum fuit testamentum, vel testator aperuit, vel relinquit laceravit, vel aperuit & servavit. Primo casu nullum est testamentum, eo quia voluntas mutata videtur prout *Spino de test. 2. p. rubr. n. 34. Mantic. de coniect. lib. 12. tit. 1. d. n. 28.* Secundo vero casu, quando testator aperuit, & postea figilatum invenitur testamentum, vel ipse testator sic apertum servavit, vel alteri servandum tradit, tunc valet testamentum, siquidem mutata voluntas non intelligitur, prout in prædicti *DD. sic Bart. Bald. & plures allegati à Phæb. 2. p. arrest. 31.* ex ea enim ratione, quia non est de substantia testamenti, quod sit futurum, & clausum hoc enim solum fuit ut testes contenta non scirent in testamento *Clarus in §. testamentum q. 4. d. n. 3. cum seqq.*

21 Quavis enim in nostra *Ord. lib. 4. tit. 80. §. 1.* invenitur verba *serà serà*

*rado, e cosido*; hoc non inducit necessitatem, intelligitur enim dicta *Lex juxta dispositionem in L. hac consultissima de testament. ubi inveniuntur verba ibi licere, & ibi voluerit claudendi*: Si ego non offert, quod testamentum post clausum apertum inveniat, & quod nunquam fuerit clausum si voluntas mutata non probetur quomodo ergo officere in præsentiarum potest, quod aliquo tempore apertum fuisset testamentum, si constat servatum voluntate testatricis & clausum inventum.

Si vero ab alio apertum sit testamentum 22 quavis præter voluntatem testatricis, si non probetur mutata contenta in testamento, non ideo dicitur nullum testamentum *Ulpian. in L. 1. §. si quis tabulas ff. depositi*, plane in his actis nullus testis deponit mutatam substantiam testamenti, neque hoc constat nisi ex simplici appellantis affirmatione, quam ergo importat, quod apertum fuerit, solum enim contra apperientes *Tabulas a Etio injuriarum datur dict. L. 1.*

Præterquam, cui & quibus credere debemus ipsis facientibus testamentum, aut testibus de auditu deponentibus, ultimo examen solum per necesse concludit testamentum apertum fuisse, eo casu quo credere examini verum sit apertio non vitiat, igitur teneat iudicatum. Ulyssipone 31. Octobris 1687.

Lacerda.

Hæc sententia impedita fuit cum exceptionibus, quæ fuerunt rejectæ, & fundata fuit rejectio in deliberationibus sequentibus.

Testamenti falsitatem, folij que 23 in quo tertia relicta proponitur, suppositionem totis viribus excipiens arguere intendit, variasque conjecturas contra ejus veritatem proponit, easque suo ordine propositas

cernimus;



cerminus, quæ non leuem falſitatis præſumptionem inducere ſolent, ex his quæ *Doctiffimus Pegas ferens. cap. 19.* fere per totum, maxime illa, quæ ex diverſitate papiri adſtitur, huiusque vi tute teſtamentum clauſum ut falſum fuiſſe iudicatum *Pegas proxime n. 49.* idem etiam teſtatur *Portugal de donat. 3. p. cap. 16. n. 69.* non parvi ponderis etiam eſt alia ex foraminis acûs diverſitate deducta, nec etiam illa, quæ ex extranea, & extraordinaria litterarum conjunctione conjicitur in folio approbatione immediata, quæ maxime utget, & ſuadet illam conjunctionem non caſualem, ſed ex conſulto, & neceſſario factam ut cum folio approbationis orationis ordo conjungeretur; fateor has maxime conjecturas me in huius proceſſus deciſione vacilare feciſſe, tamen cûm præſens elogium munitum ſit omnibus ſolemnitatibus *Ord. in 4. tit. 80. §. 1.* quæ omnia ad falſitates vitandas adhibita fuere ex his quæ lata manu congerit *Portug. de donat. 3. p. cap. 16. à n. 38. cum ſequentibus*, maxima pro eo ſtat juris præſumptio, cum omnia reperiantur requiſita, quibus falſitas axcluditur, & teſtamenti veritas ad eſt uitur. Et ideo contra hanc juris præſumptionem urgentia res non reputo ſupra allegatas conjecturas, hæ namque non adeo in jure noſtro approbatæ reperiuntur ad teſtamentum deſtruendum, quem admodum illæ ſolemnitates *Ord. in dicto §. 1.* ad teſtamentum validandum, ab eo que falſitatem excludendam, illæ que in puris terminis præſumptionis permanſere, hæ vero teſtamenti ordinandi formam ſubjere; præſumptiones allegatæ, licet urgentes neceſſario non concludunt, nec meam mentem arctant, ut credam, non aliter ſe res habere poſſe, nec interveniſſe, niſi ad illud folium ſuppo-

Pars IV.

nendum, maxime quia viſis teſtibus aperte conſtat neptem in tertia melioratam maximo Avia amore fuiſſe effectam, ideoque Avia in ea, uſque ad mortem, intentione fuiſſe, ut nequit tertiã relinqueret, & inter hos teſtes ille reperitur folio 139. qui actui teſtandi, ut conſeſſarius præſens fuit, ut que talis intima deſunctæ arcana non ignorabat, quo ad Avia voluntatem declarandum nullus melior teſtis, cujus d. etum <sup>24</sup> ob Sacerdotis qualitatem maxime attenditur ex his quæ *Valenſuela conſil. 102. n. 73. cum ſequenti & conſil. 21. n. 54.* ubi ait quod Sacerdotis dictum vim duorum obtinet. Et ideo cum tertia relicta proponatur in præſenti perſonæ teſtatrici non demeritæ immo magis dilectæ folii contentionis ſuppoſitionem credere non audeo, non enim exactis cauſam invenio cur illa ſuppoſitio eſſet faciendã? ex quibus cûm illæ falſitatis præſumptiones in cauſa deficient, mihi maxime periclitantur, vel ſaltem de earum concludentia me ancipitem reddunt, quod ſufficit ut pro teſtamento iudicare teneatur ex regula *text. in L. ſed ſi pars 10. ff. de in officiis. teſtament.* Cum pro validitate <sup>25</sup> teſtamenti ſit faciendã omnis poſſibilis interpretatio ex his quæ *Portug. de don. 3. p. cap. 16. n. 55. cum ſequentibus*; & tandem cum omnia ſuppoſitionis argumenta ante ſententiam fuiſſent objecta, illis que non obſtantibus pro teſtamento non obtinuiſſet modo ex iſdem contrarium iudicare, noſtra *Lex non ſinit in 3. tit. 87. §. 10.* nec in materia conjecturali jus excepto quaſitum auferre audeo, ita placet impedimentis rejectis. Ulyſſipone 22. Aprilis anni 1689.

Doutor Vieyra.

In negotio tanti penderis diutius cogitam, & examinatis ite-



rum atque iterum impedimentis subtiliter, & docte formati nihilominus tomen à iudicato recedere non audeo, quia mens non quiescit, rejiciantur ergo impedimenta, maxime viso examine de novo facto. Ulyssipone die 18. Junij anno 1689. Mouzinho.

Invencibilis illa foraminum præsumptio mihi in resolutione processus obmutuit, quia constabat ex processu tertiam in rei veritate relictam à testatrice filix impeditæ cum enim putarem non mutatam substantiam nihil de falsitate curavi. Nunc vero repensitata agnosco, quod adhuc stante veritate pre legati tertix falsificari poterat testamentum in damnum impediens; bene poterat defuncta impediti filix tertiam relinquere, & in simul impediens legatum & quod ad augendam tertiam, & tolendum legatus falsitas comitti poterat.

Facit quod impediens paratus est probare confessorum affirmasse legatum magnum scriptum in testamento, quod quidem non apparet. Facit quod in simul paratus est impediens probare scribentem testamentum idem affirmasse non semel.

Si hoc probatum fuerit non apparente legato necessario colligitur mutatam fuisse dispositionem legati ad augendam tertiam, & hinc juncta præsumptione foraminum mihi vacillat testamenti fides. Igitur ut absque omni scrupulo in re tam gravi procedam 49. & 50. articulos recipere, non rejectis aliis, sed suspensis ad disionem processus si forte materia receptorum probetur. Ulyssipone die 29. Julij anno 1689.

Lacerda.

Dificilimum nunc primum occurrentem processum apprime examinaui, illumque accurate, evoluens quam plurimas, & nequaquam de-

biles conjecturas falsitatem suadentes adinveni, quæ quidem non me tantum, sed & præcedentes Dominos dubios reddidere, illis que tandem secundus, aliàs in omnibus primus, pro clariore allegationum examine succubuit, ea præcipue assertionem oppressus, quæ in articulis 49. & 50. continetur, cujus quidem asserti vires, & ego agnosco, si enim ibi contenta legitime probentur, non tantum falsitatem suadere, sed legaliter concludere videntur, cum præcipue in illis jam pridem propositis conjecturis certam inferant virtutem, ac vigorem influant, & ab illis invicem accipiant, ut præsumptio ex his resultans concludentior, & cæteræ fortiores reddantur, omnes que simul totam à mente caliginem auferre posse videantur, cum que in re gravi, & circa factum obscurissima nulla sit spernenda veritatis indagatio hanc noviter oblatam admitto, cui non inepti adjungitur, id quod in examine noviter peracto circa litterarum coadunationes, & angustias, ad calcem folij quod de falsitate arguitur experitis in arte, & oculorum inspectione liquido constat, cum igitur tota sit circa falsitatem demonstrandam præfens contentio, & illa tam difficilis probationis reputetur in jure, ut ad 26 ipsam detegendam quandam civilem revelationem requirat *text. in L. si ex falsis penult. Cod. de transactionibus ad verba ibi (civiliter falso revelato) exornat. Nogueira. allegat. 26. n. 144.* magis sum ut dum istam expetere non possunt, per medios naturales veritas indagetur ad eum que finem dictos impedimentorum articulos 49. & 50. cum proximiori Domino, aliis interim suspensis recipio, sic placet. Ulyssipone die 11. Octobris anno 1689.

Doutor Maya.

In



In hoc processu nihil in materia falsitatis, & præsumptionum, tam de jure, quam de facto, omisum fuit. Omnia deligenter cumularunt docti patroni. & principaliora adduxerunt Disertissimi Patres. Unde solum nobis restare videtur, quod iis ponderatis, & processu examinato, quid sentiamus declaremus.

Adductæ præsumptiones contra testamentum legis forma, & solemnitate munitum, necessariò non evincunt, quod etiam in primis deliberationibus ostensum est; sed ponamus evincere quod inter medium testamenti folium falso scriptum fuisset, & loco alterius testamenti adjunctum, non ideo sequitur id ab impedito factum. Diceretur ita præsumentum juxta regulam, quæ illi falsitatem attribuit, cui talis falsitas utilis est de qua *Menoch. consil. 48. n. 20.* Sed hoc non sufficit, nam utrique litiganti dicta ratio convenit, impedito, ne legatum solvat, & impediendi, ne testamentum valeat, tunc enim ab intestato succedit, imo fas est dicere, vel potius credere non ita amplum fore legatum, ut adæquaret legitimam portionem impediendi obventuram, & sic majus illi commodum resultabat in eo quod ob talem falsitatem testamentum corrueret, ac per consequens cessat præsumptio contra impeditum, & facile retorqueri potest impediendi.

Quomodo ergo dicemus testamentum nullum ob quodam factum, quod est incertum, an ab una, vel ab alia parte commissum? vel ob factum, quod ratione interesse potius impediendi tribus potest?

Testamentum solemne adest, illud testes testamentarij recognoscunt, illius substantiam seu institutionem omnes ferre impediti testes probant, quia illud scripsit Emma-

nuel Rodrigues juramento firmat taliter inveniri, ac scriptum fuerit, idem etiam deponit pater Maurus, qui testatrici dictanti ad fuit, & ut consiliarius ab ea evocatus dispositionem novit, & probavit, & cum hi duo testes taliter deposuerint, non adeo relevantes judico duos illos scilicet 49. & 50. articulos, ut Sapientissimi Domini retro proximi: quid enim jurabunt non contrarium 27 primo juramento? aut quando tale evenit, secundo juramento non creditur ex *Bart. & allis quest. 11. n. 3. Surd. consil. 32. n. 33.* Si verò dicta confirmant, superflua est illorum iterata interrogatio. Deinde in hoc puncto sibi maximè contrarius impediens, nam dictis articulis 49. & 50. petit ut dicti testes interrogentur postea verò articulus finalis apponit in illorum personas, eis que minimè credendum contendit, quæ varietas, & contradictio placere non potest.


Impediens juste negare nequibit tertiam defunctæ impediti filix relictum, ideo que confugit, & sibi legatum ademptum asserit, & cum hæc si illius primaria intentio, eam que exposuerit articulo finali contrarietatis, neque unum testem produxit ad talem articulum, quomodo ergo ei credendum? Nec officit si dicatur, imo, ex eo ipso, quod testes non produxit, ad probandum admitti posse juxta *Ord. tit. 83. §. 2. & sententiam Covas pract. cap. 18. n. 16.* cum aliis de quibus *Mendin. praxi p. 1. lib. 3. cap. 19. n. 12.* nam dicta *Ord.* contrarium disponit, dum solum excipit instrumentalem probationem, exceptio 28 namque regulam firmat in contrarium juxta vulg. Sed quanvis aliam sequamur sententiam, non apparet possibilitas veræ probationis, cum de contentis in testamento tali, ille solus



solus Emmanuel, & ille solus Maurus daponere valeant, cum alius scripserit, alius interfuerit, si autem aliis testibus cogitaverim, & de sobornatione cogitari potest juxta rationem dictæ *Ord. tit. 83. §. 2.*

- 29 Si contra testamenta similes admittimus impugnationes, nullibi tutæ erunt ultimæ dispositiones, quarum veritati semper consulendum est, *text. in L. vel negare ff. testamenta* quemadmodum aperiant, facile enim quilibet allegabit, sibi tentum relicta, & falsum esse testamentum, in quo scripta non inveniuntur, qui si hæres legitimus futurus non esset, fortius in hæredem testamentarium conjiceret falsificationem testamenti. Quare cum priores Domini sententiam confirmant, & quod posteriores novet circa dictos duos articulos ex dictis cessare videatur, cum pro testamento judicatum sit, cum maior ratio non apareat, ob quam folij mutatio, si datur, potius uni, quam alteri imputetur, cum impediens nec præsumptivè de legato sibi relicto edoceat, cum mentionatæ conjecturæ omnino non convincant, & examen aliquas excludat, circa papirum, circa attramentum, & circa lineas, & litteras illa vero quæ ex foraminibus acûs sit levissima, quid enim facilius quam papiri folium pungere? pro testamento, & pro sententia judicium facio. Ulyssipone 15. Februarii anni 1690.

Doutor Fonseca.



§. XLII.

De facultate Regi concessa ad bona maioratus obliganda

ad dotis securitatem, & quando obliget vel non successorem, & quando sit valida vel subreptitia aut nulla.

SUMMARIUM.

*Securus est emptor qui emit rem maioratus ab illo qui facultatem vendendi habet. n. 1.*

*Clausula supressa quæ gratiam difficilem reddere potest declarari debet. n. 2.*

*In jure differentia est, inter conditionem modalem, & conditionalem n. 3.*

*Subrogationis gratia & similes concessionis regulariter submodo conceduntur. n. 4.*

*In Senatu Palatino, non jubetur pretium deponi, ut ex illo res subrogandæ. ementur n. 5.*

*Res maioratus in emphyteusim concedi non potest. n. 6.*

*Facultas ad alienationem rerum maioratus ex diuturnitate temporis præsumitur 10. annorum in negotiis modici præ judicii in maioribus vero triginta. n. 7.*

*Clausula denegans hypotecam, nullam & omnino in utilem reddit hypotecam. n. 10.*

*Quia lex, statutum, pactumque contrahentium, vel dispositio testantis in se continent decretum irritans. n. 11.*

*Quando lex aliquid fieri prohibet nisi sub certo modo tunc modus censetur de forma etiam si lex ultra non procideret, annullando si contra, vel aliter fiat. n. 12.*

*Unum alteri non debet discoperiri ut alterum cooperiatur. n. 13.*

*Non solum obligatus remanet qui consensum obligationi præstitit, sed etiam omnes deinceps sequentes successores. n. 14.*

De



**D**E hac materia diximus tom. 2. ad Regim. §. 40. & vide tom. 11. com. Ord. tit. 35. lib. 2. §. 20. cap. & seqq. & sent. seq.

No Feito de appellação de Alvaro Ferreira de Paços, e ſua mulher com Alexandre Pinto de Mira, e ſua mulher, Elcristão Manoel Pinheiro da Coſta, ſe deu a ſentença ſeguinte.

Vistos eſtes autos libello dos Authores, contrariedade dos RR. provas dadas documentos juntos, por huma, e outra parte mostra-ſe pela dos Authores ſerem adminiſtradores da capella ou morgado que inſtituhio Margarida Antunes de Magalhaens, a cujo viuculo pertencem as propriedades de que ſe trata, de que os RR. eſtão de poſſe ſem juſto titulo pelo que ſe deve julgar a elles ditos Authores; os Reos ſe defendem com a materia de ſua contrariedade. O que tudo viſto, e o mais dos autos diſpoſição de direito, e como ſe prova por parte dos ditos Authores, aſſim por ſuas teſtemunhas, e documentos, pela eſcritura da venda dos ditos bens que os RR. juntaraõ, que os Authores ſão Adminiſtradores da dita capella, e que a ella pertencem os bens de que ſe trata, e como a venda, que delles ſe fez ſe achamẽnos juridica, por quanto viſta a Proviſão porque ſe concedeo a facultade de ſe venderem, ſe acha ſer condicional por quanto conſta della que teria lugar a dita venda ſubrogando-ſe em lugar dos bens de que ſe trata os contheudos na ſupplica, e na dita Proviſão, e por ſe entender era mais util para o Author a dita fazenda de ſubrogar que era livre, e como outro ſim ſe mostra por parte do Author que a dita ſubrogação não houve effeito em toda a dita fazenda,

e a que ſe ſubrogou que não era livre, mas foreira, em cujus termos conforme os de direito, como ſe faltaffe a forma da dita Proviſão, e condição della ficou a venda que em virtude della ſe fez ſem vigor, ou validade alguma, porque para ter lugar a dita venda devia haver effeito a dita ſubrogação da fazenda livre, e antes de ſe fazer, não deviaõ os compradores da dita fazenda entregar o preço della ao vendedor, mas depositalo em juizo; por tanto, e pelo mais dos autos condemno aos ditos RR. a que dem, e larguem ao dito Author a fazenda de que ſe trata, e nos frutos da lide conteſtada em diante, e outro ſim os condemno nas cuſtas dos autos. E vora 21. de Novembro de 1688.

Manoel Homem Freire.

Ab hac ſententia fuit appellatum ad ſupplicationis Senatũ, ubi fuit confirmata, in deliberationibus ſequentibus.

Deciſio hujus controvertiæ dubic prorsus non caret, nam ſecundum receptiorem Bartoli ſententiam de qua Molin. de primogen. lib. 4. cap. 4. an. 20. Larrea alleg. 75. a num. 16. apud quos citantur non pauci, ſecurus eſt emptor, qui emit rem maioratus ab illo, qui facultatem vendendi habebat, pretiumque ſolvit, & ex hoc jure Reus abſolvendus erat, qui defacto juxta prædictum modum, emit, & ſolvit, & tamen in contrarium multa urgent in præſentis caſus contingentia.

Quare re conſiderata potius exiſtimo Actorem rectè agere, nec Reum liberari ex ſuprapoſita ratione.

Moveor primo, quia in ſupplicatione ad Senatũ Palatinum non fuit facta ſpecifica mentio ominium clauſularum inſtitutionis, dum in ea ita enixe prohibita eſt alienatio,

ut



ut ob eam transitus fiat maioratus ad sequentem successorem, quæ clausula cum posset gratiam reddere difficiliorem, debuit declarari, ut ex *Salgado refert noster Pegas ad Ord. lib. 1. in Regimine Senatus Palatini cap. 3. n. 3.*

3 Secundo, quia viso regio Diplomate, tam in supplica, quam in gratia, expeditum est negotium per verba importantia conditionem, ut ibi *subrogando*, & ibi *subrogando se Cyriacus controvers. 374. à n. 35.* ast ea est in jure differentia inter conditionem modalem, & conditionalem, ut in hac vitietur actus si deficiat, & contra emptorem actio competat, in terminis *Surdus decis. 156. n. 6.* & qui cum refert *Larrea dicta alleg. 75. n. 18.*

4 Quin officiat, quod similes gratiæ, & concessionem regulariter submodo conceduntur, & fiunt, & non nisi per expressionem conditionis videtur à forma consueta recedendum *arg. L. liberorum §. quod tamen ff. de legat. 3.* quia dupliciter responderi poterat. Primo, quod per illa verba supra mentionata, satis exprimitur apposita conditio. Secundo, quia supplicans referebat se possidere bona subroganda, libera, & propria, in quibus nescio, an absolutè verum narraret, & cum facile ei foret subrogationem facere, utpote Dominus rerum subrogandarum, nil mirum quod ei facultas vendendi conditionaliter fuerit concessa, & fortasse hoc fuit in causa, ut in Senatu Palatino non juberetur pretium deponi, ut ex illo res subrogandæ emerentur, quod tamen ordinariè observatur, ut testatur *Molin. supra n. 23.* & ex nostris ultra alios advertit *Mendes in praxi 2. p. lib. 1. cap. 2. n. 17.* Igitur cum subrogatio non fuerit facta videtur procedere Actoris intentio, ideoque senten-

tiam confirmarem. Ulyssipone 1. Julij anni 1689.

D. Fonseca.

Sententiam confirmarem ex fundamentis doctissimi præcedentis domini, & quæ bonus iudex in sententia fol. 87. vers. Ulyssipone 17. Octobris 689.

Basto Pereira.

Sententiam utique in dubius confirmarem cum præcedentibus dominis meis. Ulyssipone die 20. Novembris anni 1689.

Mouzinho.

No Feito das Religiosas de Santa Catharina de Sena da Cidade de Evora com Joseph de Valdevinos, Escrivaõ Manoel Pinheiro da Costa, se deu a sentença seguinte.

*Acordaõ os do Dezembargo &c. Não foy bem julgado pelo Juiz em declarar por de morgado a quinta chamada a do Pegas que se acha hypothecada por Maria de Oliveira a satisfacão do dote dos trezentos e dezaseis mil reis que ficou testando as appellantes por cabeça da Madre Seraphina do Prezepio Religiosa no Convento de Santa Catherina da Cidade de Evora. Revogando sua Sentença vistos os autos, e como delles se mostra que já no anno de 604 era possuidor da dita quinta Pedro Gomes, e que sendolhe confiscada fora arrematada em praça publica a Gonçalo Fernandes, como consta fol. 43. com o encargo de pagar aos successores do morgado quatro mil reis de foro em cada anno; e com este titulo se presumem intervir todas as solemnidades que se requerem a favor da liberdade dos bens em que se constitubio a dita quinta, por quanto considerado este principio até o tempo em que se propoz esta aução, e o mais tempo que o dito Pedro Gomes a poss-*  
subio,



reis deixado pelo mesmo testador ao dito Antonio, e por sua morte a R. reformando nesta parte sua sentença cumprase o confirmado por seus fundamentos, e o mais dos autos os quaes vistos, e como conforme a direito a disposição do testador no segundo legado foy muito diversa, e separada da do primeiro por ser deixado puramente, e sem condição alguma a outra pessoa por morte da qual foy a R substituida nelle termos em que o dito legado assim puramente, e na mesma forma em que foy deixado pelo testador ao legatario ficou passando a R. substituta sem que possa considerar aqui repetida a condição que o mesmo testador lhe impoz no primeiro legado, que a ella diretamente lhe deixou dos sincoenta mil reis do dote. Por tanto julgão que os ditos sincoenta mil reis se devião logo pagar, e entregar a R. agravante tanto que morreo o dito legatario, e fideicommissario Antonio, e mandão que com effeito se lhe paguem logo pelos bens livres que houver do defunto, e em quanto lhos não pagarem poderá reter huma das propriedades vinculadas pelo testador de que está de posse, que valha a dita quantia, e em o que sómente haõ por reformada a dita sentença, que em tudo o mais mandão se cumpra, e condemnão a estas partes nas custas dos autos de premejo. Lisboa 16. de Março de 685.  
Vogado.

Hæc sententia fundata fuit in de liberationibus seqq.

Legatum Mariæ relictum intestamento ad illud dotem fuisse relictum mihi videtur illa nanque verba para seu casamento quibus testator disposuit dotem significant, quia idem est dicere in vulgari sermone para seu casa-



caſamento ac ſi diceret *para ſu dote* ad *O. d. lib. 4. tit. 103. in princip. nottat. eleganter Carvalb. ad cap. Reynald. de teſtam. 2. p. á n. 296. cum ſeqq.*

Quibus ſuppoſitis preditum legatum, non purum aut modale, immo conditionale iudicandum arbitror, quanvis enim maxima inter DD. detur controverſia in conſtituenda differentia inter modum, & conditionem, ita ut ex illorum doctrinis non facile percipi poſſit, quæ verba, que ve diſpoſitio modum aut conditionem importent, immo omnes ad mentem diſponentis recurrunt; attamen communis ſententia quati pro regula ponit, quod legatum prodote, aut nomine ſeu cauſa dotis relictum conditionale cenſeatur quæ fuit originaliter doctrin. *Bartol. in L. Titio centum §. Titio genero n. 2. ff. de Cond. & demonſtr. quem communiter ſequuntur Corn. conſ. 229 n. 44. Bald. Novel. de dot. 6. p. præ verb. 50. Coſt. lib. 2. Select. cap. 22. n. 1. & 5. Cour. in L. 3. de teſtam. n. 11. & 14. Carvalb. com quaſt. 138. á n. 1. Mant. de conjeſtur. lib. 11. tit. 22. n. 7. proſequitur. Peregr. de fid. art. 37. n. 19. poſt plures Sonſelic. deciſ. 37. n. 1. Fontanel. de pact. nupt. col. 6. gloſ. 3. p. 2. n. 2. Aegy. in L. Titiam 2. p. n. 7. & probari videtur. ex text. in L. Proculus Mevius ff. condit. & demonſtra. L. ſi ego in princip. ff. de jur. dot. & aliis juribus relatis á Portug. de donat. reg. lib. 1. præ lud. 2. §. 1. n. 34. firmat. etiam Bartol. prædictam communem opinionem ex text. quem dicit. expreſſum in auth. de Santiſſimis Episcop. §. ſed. & hoc. præſenti coll. 9. Auth. niſi rogati Cod. ad Trebell. ubi legatum nomine relictum legato ſubconditione æquiparatur.*

25 Et quanvis noſter *Aegy. hoc citat á n. 21. prædicta jura intelingat lo-*

qui & procedere tantum, caſu quo ſubſtitutus fuit dotatus ſi nuptiæ non ſequerentur, quia tunc datur voluntas teſtatoris ut legatarius legatum non conſequatur, niſi ſequutis nuptiis, attamen hæc diſponentis voluntas noſtris interminis ſatis colligitur.

26 Primo quia teſtator expreſſe diſpoſuit dictæ Mariæ non eſſe tradendum niſi ſequutis nuptiis, & ideo legati traditio ante nuptias adverſus teſtatoris voluntatem fuit facta Accedit in confirmationem, quia huiusmodi clauſula ſcilicet ut legatum quando nupſerit præſtetur, ſolum legatari commodum, ſed etiam hæredis reſpexit commodum enim legataria non nuptias contrahit, hæres legatum retinet, & ideo talis clauſula & onus conditionem importat ad optimum text. in *L. eos Cod. de cond. & demonſtr. & in ſpecie docet Aegy. in dict. L. Titia 2. p. á n. 35. ff. eod. tit. præcipue quando legatum non habet moram cum ſumpto, ſiquidem ſumptus dandæ viro dotis, non incipit niſi nuptiis contractis eleganter proſequitur Aegy. loco citato inteligendo Scevo- læ reſponſo in *L. quibus diebus §. Fernelius ff. de cond. & demonſtr. omnino videndus.**

28 Neque obſtat doctrina *Caſtilb. de aliment. cap. 36. §. 10. n. 35. á docto patrono allegata, quia reſpondetur illam reſolutionem procedere caſu quo legatum fuit á principio ſimpliciter relictum abſque mentione dotis, poſtea vero, in parte executiva teſtamenti adjeſcit teſtator clauſulam, quod legatum cauſa doctis detur, tunc enim verum eſt dicere legatum eſſe purum conditione enim verum eſt dicere poſt adjeſta in executione illud conditionale non reddit, neque illius naturam aut ſubſtantiam mutat ut perbene explicat. *Menoſch. de præſumpt. lib.**



lib. 4. *presumpt.* 146. n. 24. quem refert. idem *Castilb. loco citato.*

29 Ad vero quando dotis mentio fuit statim facta, et legatum fuit a principio prodote seu causa dotis relictum; et si postea adjiciatur clausula, quod tale legatum, quando legataria nupsit prætetur, tunc enim cum legatum a principio conditionale reputetur, illa clausula postea adiecta in executione conditionem non tollit, immo testatoris voluntatem consequeretur legataria, neque illi traderetur nisi sequutis nuptiis, ut optime docet *Mantic. de conjectur. lib. 11. cap. 22. n. 14.* quem patronus R. benecitat.

Eodemmodo etiam me non movet aliud fundamentum a docto patrono etiam cum eodem *Castilb. considerato loco citato a n. 14.* dum asserit, quod si pater dotem filiae relinquat, & interim etiam alimenta prætare jubeat, dotem sicut alimenta pure ceteri relictam, quod quidem fundamentum nobiscum loqui videbatur, siquidem testator prætictæ Mariæ ejus filiae cui dotem reliquerat etiam in simul alimenta legavit.

Respondetur nanque maximam dari differentiam inter unum & alterum casum *Castilb.* nanque loquitur de filia, cui legitima debetur, & cum pater illi legatum dotis absque legitima reliquisset, & interim alimenta prætari juberet per optime decernit unum & alterum legatum esse purum, siquidem dotis legatum legitimæ locum subintrat, & sicut legitimæ onus neque conditio apponi potest, ita etiam neque doti, quæ illius loco relictæ tenceatur apponi debet at vero quando

30 pater filiae dotem in simul & legitimam relinquit dotis legatum esse conditionale docent *Menoch. dict. presumpt.* 146. n. 30. *Castilb. loco citato n. 14. vers. secundus casus*

ex eo quia tunc pater ab extraneo non differt respectu dotis, cum jam filiae legitimam reliquerit.

Quæquidem doctrina & illius fundamentum nostris terminis proprie adaptatur, siquidem legatarii testatoris erat filia sed naturalis, cui legitima non debetur, erat enim pater nobilis, & ideo tantum alimenta illi prætare tenebatur si ergo alimenta in simul & dotem illi reliquit, cur dotis legatum conditionale non judicabitur, siquidem alimenta relinquendo munus adimplevit paternum, & respectu dotis tanquam extraneus reputatur, & militat eadem ratio supra considerata.

Concludimus igitur legatum Mariæ relictum fuisse conditionale ac per consequens in tempestive, & ante conditionis implementum in debite solutum & ideo recte posse A. tanquam maioratus seu capellæ possessorem prædia in solutum data vendicare, erant enim prædicta vinculo subjecta, & ut talia absque legitima causa, quæ in præsentia aduc non aderat, alienari non poterant, quanvis enim bona vinculara prodebitis institutoris vendi & distrahi possent ad *Ord. lib. 3. tit. 93.* at tamen intelligitur, quando debita sunt pura & tempus solutionis adest. Qua propter licet alienatio prædiorum de quibus agitur aliis non laborarent nullitatibus ut infra dicendum, defuerunt multæ solemnitates, quæ in bonis maioratus alienandis desiderantur, scilicet quod in debite fuerat & in tempestive prædicta prædia in solutum data.

Resoluta sic prima hujus processus questione, nunc ad aliam accedamus circa legatum Antonio ab eodem testatore relictum in quo etiam prædicta Maria legatarii soror substituta invenitur, & quia casus substitutionis evenit, aliqua prædia fuerunt



fuerunt illi & in solutum data, & Actrix illa vendicare intendit, eo scilicet fundamento, quia sicut dotis legatum fuit conditionale ita etiam eadem conditio in huiusmodi legato repetita censeretur debet.

33 Sed meo videri prædictum fundamentum subsistere non potest, ac per consequens etiam corrumpitur siquidem unum, & alterum legatum est in se distinctum, & una & altera legatorum quantitas diversa, & inversa oratione utrumque legatum relictum, quibus interminis conditio in primo legato apposita in secundo repetita non censetur, etiam quando aliqua interponitur clausula quæ repetitam habeat significationem ad *text. in L. in repetendis ff. de legat. 3. notat Bartol. n. 2. & in L. siæ §. cato n. 2. ff. de instr. & instr. legat.* quem communiter sequuntur DD. ut videre est per citatos à *Mant. de conj. dur. lib. 10. tit. 6. à n. 33. Menoch. lib. 4. præsumpt. 180. à n. 29.* ex quibus prædictum legatum legitime fuisse R. quæsitum & absque repetitione primæ conditionis iudicarem.

Sed quanvis prædictum legatum legitime R. competat, illius solutionem consequi debeat, attamen quia prædia in solutum data, nulliter etiam absque juris solemnitatibus fuerunt distracta, erant enim ut jam notavimus prædicta prædia vinculo subjecta, & ideo licet prodebitis instituentis possint alienari, requisita tamen à jure desiderata intervenire erat necesse, quæ in præfenti non inveniuntur, immo defuisse satis apparet.

34 Primo R. probare tenebatur alia bona præter vinculata in hæreditate institutoris, non extare ad hoc ut ad Capellæ bona vendi, & distrahi possent, ut eleganter notat *Carvalh. ad cap. Raynald. de testam. 2. p. Pars IV.*

*án. 273. per text. in L. pecto §. prædium ff. de elegat. 2.*

Secundo, ut prædicta alienatio 34 possit subsistere, iudicis decretum procedere debebat ad optimam *Ord. lib. 3. tit. 92.* quæ terminanter loquitur in alienatione maioratus bonorum pro debitis institutoris, & pro forma requirit iudicis decretum, quid quid sit de jure communi notat idem *Carvalh. loco citato à n. 274.* & quia prædicta, & alia requisita de fuerunt prædictam prædiorum alienationem nullam dicerem.

Ex quibus & aliis ex consulto omissis sententiam inferioris aulæ confirmanda venit, quatenus R. condemnat in restitutione prædiorum quæ in solutum primi, & secundi legati fuerunt dotata tenet etiam iudicatum circa restitutionem fructuum, & circa alimenta præstanda, quia A gravamen non interposuit si enim gravamen interposuisset cum salis mica forsitan iudicium proferrem, & tandem sententiam tantum declararem, seu revocarem quatenus absolute R. à successione secundi legati excludit in illo que primi legati conditionem repetitam sentit, contrarium namque de jure procomperto est. Et ideo juberem, quod si constet alia in hæreditate institutoris non superesse bona præter vinculata R. prædia in solutum pro secundo legato data, retineat, donec AA. illa 50U numerorum tradantur sic confirmata & revocata sententia. *Ulyssipone 23. Aprilis 1686. Sampayo.*

Convenio cum proximo Domino, & circa repetitionem conditionis nubendi non præsumendam appositam in secundo legato quinquaginta milium numerorum post obitum Antonij spectantis ad Mariam illius sororem; addo quod in legatis sicut in 35 testa-




testamenti plenius, & favorabilius respectu legatarij voluntates disponentium interpretantur ad text. in *L. in testamentis 12. ff. de regul. jur.* legatarius quippe in re legata magis dilectus præsimitur, quam ipsemet hæres institutus *L. unum ex familia ff. legat. 1.* licet igitur in primo legato relicto Mariæ conditio nubendi apposita in veniatur, & ante nuptias ob defectum illarum non debeat legataria: attamen in secundo legato cui Mariæ erat substituta, non est præsumenda repetita illa conditio nubendi apposita primæ legataria Mariæ ut post mortem fratris Antonij possit consequi legatum, quia cum in persona ipsius legatarij nulla nubendi conditio foret apposita, in civile erat judicare, ut præsumere in illius substituto conditionem subintelligi, quæ in legatario non erat apposita, cum subrogatum subeat illius vices in cuius locum subrogatur juxta vulgaria consequantur igitur Mariæ legatum sine onere contrahendi nuptias, sic in iudicati confirmationem, & revocationem placet. Ulyssipone 13. Januarij 1688.

Doutor Carneiro.

In quo dicere possum, resolutio à precedentibus. Dominis obtenta, tanquam juri consona, mihi indubia videtur, quia in secundo legato à testatore relicto Antonio, in quo per ejus obitum Rea fuit substituta, nulla conditio apposita invenitur, & cum legatario per testatorem pure fuisset relicto, pure etiam per ejus mortem ad substitutam, & ad alios successores transmitti indubitabile est; quia conditio tantummodo in substitutione censetur repetita, quando in institutione apposita invenitur juxta regula text. in *L. licet. Impreator ff. delegat. 1.* *L. cum pater ab instituto ff. legat. 2.*

*L. 3. §. 1. ff. fund. instr. L. unica §. pro 2. & §. ne autem Cod. caduc. tollend.* cum mille aliis Ideo in hac parte inferioris senatus sententiam reformandam etiam dico. Ulyssipone 14. Martij 1688.

Vogado.



#### §. XLIV.

De maioratu pertinente ad absentem, & an peti possit vivente absente, donec de morte non constat.

#### SUMMARIUM.

*Nemo potest sine actione, alium cogere judicium subire. n. 1.*

*Si fideicommissarius aliena verit a familia, domum in familiam relictam, potest eam successor reivindicare. n. 2.*

*Futurus successor non potest reivindicare bona maioratus, aut Cappelle, a possessore adhuc vivente, alienata n. 3.*

*Quia reivindicatio non competit; nisi domino reivindicanda. ibidem.*

*L. peto §. fratre ff. de legatis 2. respondetur. n. 4.*

*Quando alienationis prohibitio est perpetua, valet alienatio in vita alienantis, & satis successor pro videtur relinquendo ei jus ad agendum. ibidem.*

*Procurator qui mandatum habet cum libera administratione potest exigere, & omnia ut dominus facere. n. 6.*

*Et etiam potest exigere ea quæ speciale mandatum requirunt. ibidem.*

*Procurator non potest ex dicto mandato efficere ea quæ damnum man-*



mandanti inferri poſſunt. n. 7.  
*In mandato quantumcunque generali donandi authoritas non continetur. n. 8.*

*In his quæ ſpeciale mandatum requirunt, nullus cum cautione admittitur, quanvis conjuncta ſit perſona. n. 9.*

*Procurator ſine mandato cum cautione de rato tam ad agendum quam ad defendendum admitti poteſt. n. 10.*

*Senatus procedit, ſola facti veritate inſpecta. n. 11.*

*Filius in vita patris aut ſoceri non poteſt impugnare tranſactionem bonorum maioratus ab eo factam. n. 12.*

*Qui non poteſt alienare tranſigere non poteſt. n. 13.*

*Alienans, contra alienationem venire poteſt. n. 14.*

*Admittendus non eſt alienans, ſi alius adſit ad quem maioratus devolvatur, ob contraventionem. n. 15.*

**D**E hac materia diximus tom. 4. O. d. ad tit. 50. pag. & ſupra cap. 97. & vide ſententiam ſeq.

No Feito de Joaõ Domingues de Aguiar, com Domingas Gonçalves, e outros Eſcrivaõ Manoel de Goes Pinheiro, ſe deu a ſentença ſeguinte.

*Viſtos eſtes autos libello dos Authores, contrariedade dos RR. mais artigos recebidos, papeis, veſtoria, e documentos juntos, prova feita por huma, e outra parte. Pela dos AA. ſe mostra que elles ſaõ legitimos administradores da Cappella, e vinculo, que inſtitubio o Reverendo Joaõ Martins Abbade que foy na Freguezia de Perre, viſavò que foy do pay, e ſogro dos AA. e como tais eſtaõ de poſſe do dito vinculo impoſto na quinta de Olheire, que conſiſte em caſas, vinha, pinheiral, devezas, Rocios, e*

Pars IV.

outras pertencas da meſma quinta citada na Freguezia de Perre tudo dentro dos muros da dita quinta, e de muitos deſtes bens, pertencentes à dita Cappella eſtaõ os RR. de poſſe, ſem os querer largar aos AA. dizendo ſaõ dizimos a Deos, e lhe pertencem, ſendo como ſaõ vinculados à dita Cappella, e por ſerem os RR. alguns annos administradores tomaraõ dos ditos bens os que lhe pareceraõ, ſendo que toda a quinta pertencia ao dito Abbade, e eſte a vinculou, ſem de viſaõ alguma, com o mais dedufido em a replica dos AA. Por parte dos RR. ſe mostra que no anno de 1634. ſe atombaraõ com as ſolemidades neceſſarias todos os bens da Cappella, que inſtitubio o dito Reverendo Abbade, que foraõ medidos, e demarcados, e metidos no dito tombo, como foy no lugar de Olheire, que foy do dito inſtituidor, hum pedaffo de vinha, e terra lavradia, que deſpois ſe plantou de vinha, humas caſas ſobradas com as confrontaçoes declaradas no ſegundo artigo da contrariedade, cujas caſas o pay, e ſogro dos AA. como administrador que he, mandou deſfazer, e edificar outras terras cujos bens lograõ os AA. aſſim, e da maneira que o dito inſtituidor os poſſubia, os quaes eſtavaõ demarcados com marcos para ſe devidirem das terras, que pertencem aos RR. por eſtarem continguas, diſimas a Deos, e hoje ſe dividem por parede, e tem o meſmo nome da Olheira; e ſendo preſente o administrador Manoel Antunes, pay, e ſogro dos AA. em o anno de 1662. ſe fizeraõ as paredes por ſe evitarem duvidas em algum tempo eſtavaõ os marcos antigos, ſem haver contradicãõ alguma, porq̃ os bens q̃ os RR. poſſuem ſaõ livres diſimos a Deos, e como taes os lograõ ſempre os ſeus antecessores, e eſtaõ ſeparados dos que pertencem à dita Cappella que os AA.

Nun ii

admi-



administração, sendo vivo, seu pay, e sogro Manoel Antunes verdadeiro administrador a quem pertence o dito vínculo. Ultimamente se mostra que o lugar de Olheire, de que se trata, comprou o dito Abbade a hum lavrador, e não se chamava quinta, se não lugar, e era cousa limitada para ter este nome, e assim como o possubio, da mesma maneira o logradouro hoje os AA. sem os RR. occuparem alguma cousa, que pertença à dita Cappella. O que tudo visto, e o mais que dos autos consta, disposição de direito neste caso, he certo que todos os bens se presumem livres, quando se não mostra o contrario, examinadas as inquirições de huma, e outra parte, vestoria, e papeis juntos se não acha testemunha, ou clareza alguma, por onde se conheça pertencerem, à Cappella, e vínculo, de que se trata, os bens, que os RR. possuem, antes se acha plena, e ellegantemente provado, não só pelas testemunhas de ambas as inquirições, e vestoria, mas ainda pelo tombo, que se fez em a quinta, ou lugar da contenda, estarem os bens a elle pertencentes divididos por marcos das terras dos RR. fazendo se devisaõ por parede à vista, e face do administrador Manoel Antunes pay, e sogro dos AA. sem contradicção alguma, que sendo julgado por sentença passou em cousa julgada, e finalmente se prova que os bens dos RR. são livres disimos a Deos, sem pertencerem ao dito vínculo, nem aos AA. pode competir aução contra elles, por se provar he direito administrador seu pay, e sogro Manoel Antunes ausente, que se presume vivo em quanto se não mostra o contrario, pelo que absolvo aos RR. do pedido pelos AA. e a estes condemno nas custas dos autos. Vianna 23. de Julho de 1682.

Manoel Cardia da Sylva.

Aqua sententia fuit appellatum ad Portuensem Senatum ubi fuit confirmata, & fundata in sequentibus de liberationibus.

Emmanuel Antunes Brazilæ demoratus, cum administrator sit cappellæ à Patre Joanne Roderico Abbate de Perre institutæ, AA. ejus filij, & successores futuri, partem Villæ de Perre à RR. possessam tanquam vinculo obnoxiam reivindicare conantur: negant RR. illam esse allodiam affirmantes. At ne vastæ materiæ gu gite frustra immorer, quætionem, an AA. potiantur actione duxi ventilandum; notum est enim neminem posse sine actione alium cogere, judicium subire, argumento Ord. lib. 3. tit. §. 15. & tit. 50. in principio text. in L. quoties §. item si ff. de administrat. tut. & in L. si pupili §. videamus ff. de negot. gestis.

Quod AA. possint in terminis agere probatur ex text. in L. peto §. fratre ff. de legat. 2. ubi cavetur, quod si fideicommissarius alienaverit à familia domum in familiam relictam, possit eam successor reivindicare, etiam probatur ex eo quod quis spe futuræ actionis, dum tamen ex facto præterito procedat in judicio experi *Gl. in L. non potest ff. de judiciis Sur. 1. dec. 6. n. 1. & dec. 44. n. 22. Giurb. dec. 17. n. 2.* ergo possunt AA. bona de quibus hic, in familiam relictam, & à fideicommissariis alienata reivindicare spe venturæ actionis.

Atamen futurum successorem non 3 posse reivindicare bona maioratus aut Cappellæ à possessore, adhuc vivente, alienata, probatur, quia reivindicatio non competit, nisi domino reivindicandæ text. in L. in rem ff. de reivindicat. facit Ord. lib. 4. tit. 5. §. 1. & 2. atque futurus successor maioratus non est illius dominus ergo non competit ei reivindicatio. Et



4 Et reſpondetur argumento ex dicta *L. peto*, quia illa lex non extenditur ad caſum, quo (ut in præſenti) alienationis prohibitiſo eſt perpetua *Gloſ. margin. in d. §. fratre & Bald. ab ea allegat. in L. 1. q. 16. Cod. de hiſ, que pæn. nom. & ratio eſt quia quando alienationis prohibitiſo eſt perpetua, valet alienatio in vita alienantis, & ſatis ſucceſſori providetur, relinquendo ejus ad agendum poſt mortem ſucceſſoris, & hoc jure utimur, ut teſtatur *Valaſc. conf. 184. n. 13. in fine.**

Reſpondetur argumento deducto ex *Gloſa in dicta L. non poteſt ff. de judic.* quia verum eſt, quod agens ipſe futuræ actionis à præterito actu emananti, non eſt ad aliam litem remittendus, ſed in mota debet audiri, ſi illa durante actio deſiderata ſuperveniat, ut videre eſt in dicta gloſa. At in præſenti, quanvis ſpes ad ſit Actoribus actionis futuræ, ortæ à præterito actu, ſcilicet ab inſtitutione; atamen non adhuc ſupervenit; & hac propter eſt remittendus ad tempus quo morte poſſeſſoris ſuperveniat.

5 Nec officiſt, quod AA. dicant, eis jam ad eſſe actionem virtute dotis; illa nanque ſolum probari poteſt publica ſcriptura *Ord. lib. 3. tit. 59. in princip.* quæ ad obrinendum debet præſentari argumento *Ord. dicto lib. 3. tit. 20. §. 22. & 25.* nec ruruſus poteſt obſtare, quod contractus geſtus intergenerum & ſocerum, ſive ſocerum poteſt abſque ſcriptura publica probari ex *d. Ord. d. tit. 59. §. 11.* quia hoc locum habet, quando conſtat quod contractus fuit inituſ conſtante matrimonio, ut aperte in *d. §. cautum eſt, Martins à Coſta ſtillos fol. 118.* quod in proceſſu invenitur probatum.

Ex hiſ RR. abſolverem, Actoribus jure ſiquidem habent, in tem-

pus habile reſervato. Portu 3. Januarii 1683.

Freitas.

Tanquam contentioniſ maioratus adminiſtratores ac poſſeſſores quin tunc temporis ſuccedendi cauſam allegarent præſentem vendicationis actionem nomine proprio propoſuerunt in judicio appellantes, quam nunc ſibi competere ex dotis titulo, de qua in certitudine fol. 75. in ſuis perorationibus referunt, ſed cum prædicta dos in parentis adminiſtratoris abſentia ex illius generali procuratione cum libera ab ipſius uxore facta proponatur, videamus, an talis procuratio ſit ſufficiens, ut prædicta dotis ſubſiſtat conſtitutio? & quanvis talis procuratio cum libera, & generali adminiſtratione proponatur adhuc ad dictam donationem ſufficientem non eſſe dicerem. **6** Quanvis enim procurator, qui mandatum habet, cum libera poſſit exigere, & omnia, ut dominus, facere ex *L. procurator cui ff. de procuratorib. etiam circa ea, quæ ſpeciale mandatum requirunt ex notatis in cap. in præſentia de teſtibus, & tenet Baldus in L. illud ff. de minoribus.*

Atamen talis procurator non po- **7** teſt ex dicto mandato ea efficere, quæ damnum mandati inferre poſſunt, prout donare *Gloſ. L. procurator §. ſi filius fam. verbo item videamus ff. de donat. L. præſes Cod. de tranſact. ubi Baldo Alexand. conf. 22. n. 8.* non enim in tali mandato quan- **8** tumcunque generali, & cum libera donandi authoritas continetur *L. contra juris §. finali ff. de pactis L. filius fam. ff. de donation. tenet. Valaſcus de jure emphyt. q. 32. n. 13. plures referens Cald. de emption. & vendit. cap. 15. n. 10. & ad L. ſi curatorem verbo implorandum n. 7. verſ. ex quibus, & verbo ſine curatore n. 120.* unde cum dos ſit donatio, ut probat



bat *text. in L. 3. ff. de jure dotium & ad d. tit. notat. Zæsius n. 1.* & communiter DD. quanvis uxor à marito dictum generale cum libera mandatum habuisset virtute illius nec dotem, nec donationem facere potuisse dicendum est, ac perconsequens appellantium parente adhuc in vivis existente prout præsumitur dum mortuum esse non constat, illos ex dicta causa; nec maioratus dominium, neque ad illius res vendicandas actionem habere recte colligitur, sicque tanquam sine actione agentes recte à Limine Judicii repelli poterant, & nunc nihil egisse declarari debent; neque cautio quam offerunt de rato quidquam contra seu præter vires mandati ad firmandam prædictam donationem prodesse potest, cum sine illa facta proponatur, nec cum illa valide fieri poterat cum mandatum speciale ad donandum requiratur, ut ex supra dictis probatum manet, & in his quæ speciale mandatum requirunt nullus cum prædicta cautione admittitur, quanvis conjuncta sit persona, ut resolvit *Mendes in prax. 1. p. lib. 1. appendice 2. cap. 3. n. 37.*

Quoad hanc tamen movendam, si illam à principio procuratorio, & absentis nomine excitarent Actores, magis subsisterem, cum enim de facto appellantes conjunctas absenti personas esse constet, & has sine mandato cum actione de rato tam ad agendum quam ad defendendum admitti posse de jure certum sit ut probat *text. in L. 1. §. fin. ff. de postulando L. sed & hæ ff. de procuratorib. tenet. Zæsius in Commentariis ad illum titulum n. 12. & Mendes* ubi proxime non absque fundamento intendere poterant in litis exordio Appellantes quod cum prædicta cautione pro absente patre admitterentur; cum tamen litem nomine pro-

prio sine actione moverent; illam nunc tanquam procuratores instaurare cum desiderata cautione nequeunt, si enim ita valere posset iudicium, etiam cum procuratore superveniente postquam in causa fuerit conclusum sustineretur quod non est dicendum cum Reorum præjudicio attentata dispositione *Ord. in 3. tit. 20. §. 9.* aliis enim fortasse defensionibus uterentur RR. si litem nomine alieno Appellantes movere scirent; ex his igitur, & aliis à præcedenti Domino Collendissimo subtiliori Minerva consideratis etiam Reos absolvere Judice confirmato placet. Portu die 7. Januarii 1682. Maya.

Quidquid in præsentiarum dici poterant collendissimi præcedentes ex hauserunt DD. quorum suffragio libenter adhæreo in iudicati confirmationem. Portu 22. Januarii 1683.

Doutor Carneiro.

Aqua sententia fuit gravamen interpositum ad supplicationis Senatuum ubi fuit confirmata, & fundata indeliberationibus sequentibus.

Licet agnoscam resolutiones, & juris dispositiones à doctissimis Patribus inferioris aulae erudite perpensas, quibus nititur eorum sententia, & ratificatio mandati fol. 151. interveniat post sententiam prolatam; attamen cum Senatus procedat sola facti veritate inspecta ex *Ord. lib. 3. tit. 63.* circa merita causæ judicarem, & unico fundamento transactionis à patre, & socio Actorum celebratæ, & per sententiam judicatæ, de qua constat fol. 64. Reos absolvendos esse existimarem, quia Actores in vita eorum patris, & socii, non possunt impugnare transactionem bonorum maioratus ab eo factam, sicut ille minime nequit, argumento *text. in L. post mortem ff. de adoptionib. ubi DD. Barbosa. in L. Lulius 39. ff. solut.*



*ſolut. matr. a n. 18. Caſilb. de uſufr. cap. 54. n. 44. Gutier. lib. 3. pract. q. 41. n. 2. Molin. lib. 4. cap. 1. n. 16. Carvalh. in cap. Raynaldus de teſtam. 2. p. a n. 373. Valeron. de tranſact. tit. 4. q. 2. n. 39. reſervato jure Acto-ribus, ut de illo agere poſſint poſt obitum pat. is & ſoceris. Ulyſſipone 30. Januarij 1684.*


Quiſel.

In teſtamento Cappellæ inſtituto-riſ expreſſa a deſt alienationis pro-hibitio ut ſol. 7. per tranſactionem de qua ſol. 64. pars bonorum, quæ ad vinculum pertinere dicuntur alie-nata eſt. Ego vero in hoc proceſſu non inveni, illius tranſactionis pro-babilem cauſam, nec maioratus, ſeu Cappellæ utilitas apparet, & vim maioratus, ſive Cappellæ utilitas non  
**13** adſit, ſimus in regula, quæ dicitur, alienare, qui non poteſt, non poſ-ſe tranſigere, quam inumeris exor-nat *Valeron. de tranſact. tit. 4. q. 1. n. 1.* & ita facta tranſactio nulla eſt, reſiſtente prohibitione, quæ admi-niſtratoribus lege eſt plane, quan-do ipſa prohibitio, ut in præſenti,  
**14** nulla eſt ipſe idem alienans contra alienationem venire poteſt *Valaſc. conf. 69. n. 19. verſ. cæterum Rei-noſ. obſ. 63. n. 13. Gam. deciſ. 111. quanvis Molin. de primog. lib. 4. cap. 1. n. 20.* quem ſequitur *Reinoſ. ſu-  
**15** pra n. 20.* cenſeat ipſum alienantem non eſſe admittendum, ſi alius ad ſit, ad quem maioratus devoluatur ob contraventionem expreſſæ alie-nationis prohibitioni, ut idem *Mo-lin. lib. 1. cap. 16. n. 33. verſ. com-munis tamen Reinoſ. ſupra n. 22. Gam. deciſ. 111. Pereir. deciſ. fin. n. 4.* ad eſt actoris uxor abſentis alienantis filia, ad quam maioratus devolvi-tur; replicari nec poteſt, quod ne-ceſſaria ſit ſententiaprivationis, quia jam maioratus ad ipſam ejuſque vi-rum ex dote, à patre rata habita ut

ſol. 151. devenit illumque legitime poſſident, & id quod contractu ac-tum eſt, idem eſt quod ſententia ageret: ex his cenſeo, ex capite de-ficientis actionis, non eſſe actores excludendos.

Sed ex alio capite eos excluden-dos cenſeo, nempe quia nudam rei-vendicationem deduxerunt, quin ipſam tranſactionem, ſententia mi-nutam directe impugnarent, licet enim jure nulla ſit, attamen ſenten-tiam nullitatis declaratoriam requi-rit & ad id, ſi vellint, eis actori-bus ſuum jus ſalvum ſit. Ulyſſipo-ne 29. Februarij 1684.

Pereira.



§. XLV.

De inſtitutione maioratus fa-cta in teſtamento nuncupa-tivo, contra quod fuit ap-poſitum defectus intellectus, & an & quando valet, vel non.

SUMMARIUM.

*In teſtamento teſtibus de ſana mente aſſerentibus creditur, quam aliis de inſania. n. 1.*

*Medicis de jure creditur de ſanitate corporis. n. 2.*

*Ex receptione ſacramentorum, vehe-mens intellectus præſumptio exo-ritur. n. 3.*

*Infamie probatio non concludetur, niſi teſtes de verbis in ordinate prolatis, & aliis fatuitatis ac-tibus teſtentur. n. 4.*

*In dubio ſanæ mentis teſtator eſt præ-ſumendus n. 5.*

*Ex bene ordinata, & diſcreta diſpo-ſitione*



*sitione mentis integritas efficaciter resultat. n. 6.*

*Quando testator respondit quod sic communior opinio in iudicando sequenda pugnat, pro validitate testamenti. n. 10.*

*Quae sententia praecedit, sive notarius interrogationem faciat, sive alia privata persona. n. 11.*

*Testamentum validum est in quo testator non articulate loquitur, sed balbusiens. n. 13.*

*In testamento nuncupativo quavis testator heredis nomen non exprimat, sed tantum per verbum sic respondeat melior in valet opinio pro validitate. n. 15.*

*Testamentum mentis testatio dicitur. n. 16.*

*Quoties quis infirmitate nimis oppressus mortis, iam minante periculo, testamentum ad interrogationem alterius conficit per verbum sic istud non valet, iam enim pro mortuo similis reputatur agrotus & in eo mentis integritatem non praesistere existimatur. n. 17.*

*Ut vacilet testamentum, sufficit quod unus ex reductionis testibus eum contradicat. n. 19.*

**D**E hoc testamento nuncupativo, & quando valeat vel non, & quibus requisitis, etiam quando non possit ut nuncupativum valere, late diximus tom. 4. com. ad Ord. ad tit. 50. cap. pag. & seqq. n. 2. & seqq. & vide sent. seq.

No Feito de revista de Diogo Mécia de Magalhaens com Francisco Mécia de Magalhaens, Escrivão Manoel de Goes Pinheiro, se deu a sentença seguinte.

Acordão em Relação &c. Visto o Alvará do dito Senhor pelo qual foy servido mandar rever estes autos: Aggravado he o supplicante pelos Dezembaradores dos

aggravos Juizes delles, em não revogarem a sentença do Corregedor do Cível dest. Cidade, que julgou faltar a disposição para se reduzir a publica fôrma o testamento de que se trata: revogando sua sentença vistos os autos, e como se prova por bastante numero de testemunhas mayores de toda a exceição que para esse effeito com o Tabalião forão chamados, que estando o testador Pedro Mexia de Magalhaens doente de doença de que faleceo, mas em todo seu perfeito juizo, e entendimento, declarou deixava por universal herdeiro de todos seus bens ao supplicante Diogo Mexia de Magalhaens seu sobrinho com obrigação de andarem todas as fazendas anexas em vinculo a capella que tinhão na Villa de Pedrogaõ grande, que havia instituido seu irmão Simão Mexia de Magalhaens nelle testador com faculdade de poder nomear livremente, a qual outrosim nomeou o testador no supplicante, ordenando, que os ditos seus bens seguissem a mesma natureza de capella, e se-deria ao todo huma missa quotidiana, e que deixava a sua livraria a Francisco Mexia de Magalhaens irmão do supplicante estudante na Universidade de Coimbra, e que queria fosse seu corpo sepultado no Convento de São Domingos, e que deixava por seus testamenteiros ao Inquisidor Manoel Pimentel de Sousa, e ao Padre Frey João de São Joseph Religioso Carmelita Descalço seu irmão, e que a seus criados darião seus testamenteiros, o que lhes parecesse, e que lhe mandariaõ fazer o enterro, e suffragios, que tambem lhes parecesse, e em como outrosim se prova ser a disposição refe-



referida feita eſtando o teſtador com juizo, e capacidade de teſtar aſſim antes deſte acto como ao tempo delle, e aſſim ſe preſumir por diſpor rationally, e conforme ao que tinha tenção de fazer em ſua vida pelo que repetidas vezes havia praticado, e que ao tempo, que ſe diſpoz a fazer ſeu teſtamento declarou primeiro a ſeu irmão Joſeph, e o ſeu confeffor o Padre Manoel da Fonſeca como elles em ſeus teſtemunhos depoem, que na fórma referida queria diſpor de ſeus bens, e depois o retificou quando nuncupativamente fez ſeu teſtamento, termos em que pela declaração antecedente ſe verifica o que depois fez no dito acto de teſtar ſuppoſto ſo o declaraffe pelas palavras (ſim) Julgão falecer o dito teſtador com ſeu ſolemne teſtamento, e o haõ por reduzido a publica fórma, mandão que do theor delle ſe paſſe ao ſupplificante ſua ſentença, e pague o ſupplificado Francisco Mexia de Magalhães as cuſtas dos autos, em que o condemnão, e mandão, que ao ſupplificante ſe torne a caução de poſitada na fórma da Ley. Lisboa 10. de Julho de 688.

Sampayo. Moraes.

Motta. Sylva e Souſa.

Rego. Monteiro. Pereira.

Freire. Baſto. Pereira.

Fonſeca. Andrade Rua.

Hæc ſententia fundata fuit in deliberationibus ſeqq.

Ex defectu diſpoſitionis voluntariæ negavit prætor fol. 16. reductionem teſtamenti nuncupativi ad publicam formam: cujus decretum adprobarunt meritiſſimi Senatores fol. 105. eo principaliter, quod tale teſtamentum ad interrogationem alterius ordinatum legatur tempore, quo defunctus in extremis erat,

Pars IV.

& non ſanæ mentis, violentis que ſuggeſtionibus compulſus ad reſponſionem ſine teſtium rogatione, & aliqua demonſtratione voluntatis de teſtamento faciendo.

Pendetque decifio, & teſtamentum ab examine præfacti fundamenti, ſed quia cujuſque teſtamenti ſubſtantia pendet ex teſtatoris voluntate L. 1. ff. teſtam. & hæc ſine iudicio & intellectu dari nequeat, cum nihil volitum, quin præcognitum; prius indagandum eſt, an ſecundum acta iudicandum ſit, quod ampliffimus inquisitor ſanæ mentis eſſet, tempore quo teſtamentum condidit, & mihi exactis detegitur.

Primo quia teſtes teſtamentarii, quorum grandis eſt numerus in appenſo deponunt de ſana teſtatoris mente, tempore teſtamenti, & licet unus tantum fol. 14. teſtetur ſibi videri, quod defunctus in ſuo non erat integro iudicio & alii duo fol. 11. & 13. non deliberaſſent ſuper integritate intellectus, & in hæſitatione manſiſſent: attamen non ideo infringitur plenior de ſana mente probatio, cum teſtibus de ea deponentibus potius ſit credendum, quam aliis de inſania Men. lib. 6. præſumpt. 45. n. 21. Valaſc. conf. 145. n. 14. Reinos. obſ. 32. n. 23. Gam. decif. 302. optime Boerius decif. 23. n. 93. notabiliter reſolvens, quod magis credendum eſt duobus teſtibus affirmantibus de ſanamente quam mille negantibus de inſania; cum illa naturalis ſit qualitas; & cuilibet inſit, & ita veriffimilior ſit demente reſtatio No-guerol alleg. 25. n. 71. Men. ſupra Caſtilh. lib. 4. cap. 28. n. 24.

Secundo, nam medici, qui defuncto in ægitudine aſſiſtebant de ſana mente, ante, & poſt teſtamentum reſpondent a fol. 34. & iſtis de iure creditur de ſanitate mentis

ooo

tan-



tanquam in arte peritis ex *L. 1. ff. ventr. inspic. L. smel Cod. de re melit. lib. 12. & inspecie Cald. cons. 24. n. 36. Phab. decis. 78. n. 4. & alii per Scanum de testam. cap. 21. num. 102.*

3 Tertio ex receptione Sacramentorum vehemens intellectus præsumptio excipitur *Cald. supra n. 35. Barb. vot. 11. n. 11. Scan. supra n. 97. Menoch. cons. 683. n. 4. & tamen ex testibus & similiter confessore defuncti constat; quod defunctus prudenter, & cum discretionē Sacramenta confessionis, & Eucharistiæ recepit paulo ante testamentum.*

4 Quarto quia nullus est testis, quanvis ausus fuisset affirmare, quod tempore nuncupationis, anteaque vel postea cordate non fuisset locutus; & neque in sanæ probatio concludens erit, nisi testes de verbis in ordinate prelati fatuitatis actibus testantur *Maced. decis. 2. n. 9. Valasc. cons. 145. n. 18. Phab. supra similiterque in sania non est iudicanda ex eo quod ægrotus in extremis laborasset, & lethali morbo esset expressus, cum talis, & si mortuus testari queat text. in *L. quoniam 15. Cod. de testam. Maced. supra n. 10.**

5 latissime *Castilb. lib. 4. cap. 27. n. 1.* cum in dubio sanæ mentis sit præsumendus testator in extremis degens, & morbo expressus si aliud non obstat ex sententia *Gom. L. 3. taur. n. 112. Castilb. proxime n. 9.*

6 Quinto ex bene ordinata, & discreta dispositione mentis integritas efficaciter resultat *Men. de præsumpt. præsumpt. 45. n. 66. Phab. dict. decis. 78. n. 4. Cald. Noguero. & alij per Scan. supra n. 91.* Et si inspicatur ad testatoris dispositionem prudens sane, & discreta reperitur cum vinculo bonorum, & missarum onere, ex quo alia resultat mentis conjectura. *Phab. supra n. 4. Cald. dict.*

*n. 35. & principaliter quia testator sicut prædixerat fratri & confessori, ante ordinationem voluntatis suæ, ita testatus est ut testes a fol. 61. deponunt; Unde ex his satis probata ex actis reperio mentis sanitatem, & neque sine in sanæ aliquibus signis aliter decernere auderem; & eo forte, quia aliqui testes demente, rationem præstant; & nanque officit testimonium patris Ignatii fol. 72. cum iste confessor non fuit, & solum dubius demente est; & ita non debet vincere plenam mentis probationem testibus, & conjecturis fulcitam ut supra delineavimus.*

Supposita mentis probatione succedit agere de nuncupata dispositione: & sane ad interrogationem fratris, & notarij ordinata patet ex testibus testamentariis, vicissim enim, & alternatim ægrotum interrogabant circa omnia disposita, & ita de hac interrogationis forma non est dubitatio; seu varietas inter testes, solumque versatur circa responsionem defuncti; nam plures testes asserunt testatorem expressisse nomen hæredis supplicantis & legatarij supplicati, et simul alias dispositiones, alii vero testes contrarium affirmant asserentes quod ægrotus per verbum sic præstabat responsionem, et sane iter utrumque casum aliqua est differentia, quia in primo data responsione cum nominis expressione, nulla est dubitatio circa testamenti vires, cum ex omnium DD. sententia validum iudicetur, cum tunc data illa expressione demeritis integritate liqueat ut per *Menoch. lib. 4. præsumpt. 8. n. 37. Thezaur. lib. 2. q. 99. n. 11. et videndus Scan. de testam. cap. 20. n. 1.* qui novissime, et late nuncupatus ad interrogationem alterius explanavit.

In secundo tamen casu, scilicet, quando